

hoc tua et multorum passim piorum vota esse, que pre-
cor omnipotens surda ne respuat aure. Vale vir Prestantissi-
me et Pareum vel postremo loco in Amicorum albo repone
salutem ex me dici cupio D. Sixtino, et Amicis alijs nominis
mei studiosis. Heidelbergae 15. Novembris 1593.

234)
D. Pareus

D. Georgio Spindero, Seniori, fratri in Christo
honorando.

S. Reverende in Christo frater. Etsi variam Homilia-
rum Dominicanarum, quas vulgi Postillas vocant, abusu
esse constat, quod vulgus Pastorem juxta et Auditorem
sibi ab illis pendet, ut nec illi aliud proterea sibi medi-
tandum esse existiment: multi etiam ad ministerii sa-
lentum us abutantur: non desunt tamen rationes,
quibus eandem usum rectus et utilis Ecclesiae ostendi
possit. Et cum non paucis hactenus rationes ipse tra-
tuli, videri ex usu hominum nostrorum, maxime qui
inter hostes sparsi Ministerio puriore destituuntur,
si talis aliqua Periocharum Dominicalium explicatio
vernacula publicè extaret, que sermonis genere
non omnino inelegante, praecipua doctrina capita
absq; fermento lectoribus proponat, et usum Scripturae
in institutione, consolatione, et hortatione rectè
commonstret. Estat Postilla Polonica Germanicè
versa, quae in hoc genere nondum videre licuit
aliud melius: nisi quod prolipa est, ac praecipue
frafermitas pugnat: sermo etiam alicubi Polonicè
sapit et exempla rara conspiciuntur. Excusa sunt in
Bohemia Baronis cujusdam summa ac typographo
nisi fallor, Kurtzbacchi. D. Sopi nostri studium pro-
pter concisam et Angriavaricam potius quam Teuto-
nicam sermonis genus apud vulgus minus videtur
esse in

De Ho 1593.

esse in gratia. Quid de tua Postilla sentiant boni,
 et cupiat Typographus noster Mathaeus Horstius,
 ex adjecta ejus Epistola, ad me nuper scripta cogno-
 sces. Mihi de ea judicare haud licet nondum visa.
 Non dubito autem coeteris tuis doctissimis opusculis
 eam respondere, maxime si altera cura hunc ac-
 cesserit. Quod si igitur cum alio Typographo non-
 dum contraxerit, et Ecclesie commodis ita serviendum
 est, rogo nostri Typographi nomine, ut opus illud
 recognitum ejus prelo committat. Equus est, et
 aequis cum eo rationibus facile contrahes. De ser-
 vino autem ita ut scribit, rem se habere existimo.
 Tu quid animi habeas, vel mihi vel ipsi, cum op-
 portunum videbitur, explicabis. Bene vale mi
 frater, et me ama. Heidelberg. 6. Novembr. 1593.

Fidelissimo Christi servo D. Sebastiano
 Ambrosio Evangelium docenti in Ecclesia
 Reismarciensi Sausii salutem.

236

Video incendium hoc Ubiquitarium adhuc vires magis
 ac magis fumere ex concertatione vestra. Itaque et Ec-
 clesiis vestris et tibi non parum metuo, cui video
 rem esse cum adversario potente iuxta et praefracto.
 Suis autem illud Sapientis, μη διαμάχῃ μετ' ἀνθρώπων δὲ,
 ὡς οὐκ ἔστι κέρδιον, μηδὲ ἀποδοῦναι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. Ego
 post tot redargutiones libidini hominis non amplius
 fervirem, nec ligna, quod idem ille Sapientis verbat, in i-
 gnem ejus congererem: Sed iudicio Dei et Ecclesie relin-
 quere, tanquam ab igne tangitor, quem contentio-
 nis vestus in reforum etiam Tritheitarum foedissimas